



Altitudinē Solis meridianā per quā me-

ridiē cognoscimus notā fieri. ¶ Plures huius rei cognoscende modos accepimus. Quorū primus est generalis in hāc formā: duabus fere horis ante meridiē Solis altitudinē per astrolabiū obserua: & eius scribe numerum & post paululū rursus obserua: crescentēq; altitudinē scribe. & id crebro facito quo ad videris altitudinē paulillo quopiā decrescere exscriptis igit altitudinib⁹ hāc elice que oībus maior est. Quā altitudinē meridianā solari gradui eiusdē diei cōgruentē recte p nūciabis. ¶ Huius rei grā sit Sol pposito die puta. 5. Martij in. 24. gradus Pisciū. Capio Solis altitudines. primo ante horā. 11. & inuenio. 36. gradus. Dein post. 11. offendō. 37. & postea. 38. & rursus. 39. demum. 38. decrescētē. Dico igitur. 39. gradus esse altitudinē solarē meridianā pposito gradui Solis. ¶ Pleriq; altitudinē Solis meridianam in ititū recessiōis ipsius noiant & haud absurde: nā hoc epitomate Solē p eo gradu quē occupat; nō altius zenith capitis nri adire verē iam iā declinare: & ab eo p altitudinis minora mentū & defectiōnē in occidentē ferri significare volunt. ¶ Secundus modus talis est. Inuentā lineā meridianē in plano ad æquidistantiā horizontis posito: infige stilū teretē orthogonaliter erectū: & cū vmbra stili lineā meridianā copulari videris. Illico p instrumentū altitudinē Solis obserua q̄ rite numerata eius meridianam altitudinē p gradu signi i quo Sol optato die moratū indicat. Missam facimus hic inuentiōnē lineā meridianā cū alibi de ea retractē & quidā abundissime ne amplian di libri potius q̄ res vtilis tradendī grā calamū versasse videremur. ¶ Tertius de hinc modus hoc pacto absoluitur. Gradū Solis diei oblato in reti notatum: pone sup lineā meridiē in facie astrolabiū & altitudo a primo almicātharāt vsq; in gradum Solis supputata altitudinē Solis meridianā pandet. Et quācūq; inueneris hanc altitudinem in dorso astrolabiū tunc erit verus meridiēs illius diei. Verum hic modus particularis est seruiens dumtaxat pro ea habitatione & poli eleuatione ad quam mater astrolabiū aut tabula regionis fabricata est: quod si nō vis falli id sedulo notabis. ¶ Quartus modus huiuscemodi negotium officio tabulæ absoluit. hac lege. Cum vero Motu Solis diei propositi Tabulam altitudinum Solis meridianarum ingredi quærendo signū Solis aut in capite aut pede ipsius tabule. Signo in capite inuento gradum Solis in linea numeri graduum primæ lateris sinistri: a capite tabulæ ad pedem ipsius descendendo. inuestiga & in cōmuni angulo signi & gradus offendes altitudinem Solis meridianā. ¶ Q; si signum Solis in pede tabulæ repertum fuerit gradum eius i vltima linea numeri graduum lateris dextrī: a pede ad caput tabule scandendo recipe: & in cōmuni linearum concursu Solis meridianā altitudo apparebit. ¶ Q; si non nunq; motui Solis minuta quæpiam adheferint: duplici introitu agendum est. scilicet differentia elicienda & pars proportionalis fm proportionem minorū iuxta integros gradus ad. 60. minuta sumenda & tandem addenda vel reiicienda prout hoc negotium postulat & quemadmodum in alijs tabularum operibus fieri solet: quod qui prius non didicerit q̄ astrolabiū vsus aggredit̄ ineptus doctrine nostre censebitur auditor. ¶ Repeto gratia exempli verum motum Solis iam supra oblatum. scilicet. 24. gradū Pisciū. Quæro signum Pisciū in capite tabulæ & 24. gradum in linea prima laterali sinistrorsum & in cōmuni angulo signi & graduum inuenio. 38. gradus. & 57. minuta altitudinē Solis meridianam præcisam pro altitudine poli arctici in capite ipsius tabule exp̄ssa.

PRIMVS
MODVS

EXEM-
PLVM.

SECUN-
DVS MO-
DVS.

TERTIVS
MODVS

QUAR-
TVS MO-
DVS.

EXEM-
PLVM.